



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gnoti Seautón, Sive Arnoldi Geulincs Ethica**

**Geulincx, Arnold**

**Lugd. Batav., MDCLXXV**

Prooemium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48728)



COLLEGI  
ETHICÆ

Tractatus Tertius,

*De Fine & Bono.*

PROOEMIUM.

**F**inem proprie amamus, proprie volumus :  
 media vero, etiamsi illa propter finem  
 amare ac velle dicamur, absolute tamen  
 non amamus aut volumus : unde qui studet  
 ut doctus sit, non studii & lucubrationum,  
 sed doctrina amator est : & siquidem doctus  
 esse velit, quo Publico proficit, non doctrina,  
 sed Reip. amator est ; quod si & prodesse  
 volet Reip. ut honores & dignitates in ea  
 consequatur, aut opes & divitias, aut ami-  
 cos & favorem, jam potius harum rerum,  
 quas consequi intendit, quam illarum, quas  
 ad illam consecutionem adhibet, amator est :  
 atque ita semper finis dat speciem & nomen  
 actibus nostris : is proprie à nobis appetitur  
 & ama-



**E** & amatur. Media vero non amamus: saepe etiam secundum se averſamur, & tantum propter finem, ad quem ſerviunt, apprehendimus ea & utimur: ut aeger ſanitatē amat & pharmacum odit per ſe ac ſuo nomine, quamvis illud cupiat propter ſanitatē. Erit igitur hic tractatus commentarii loco in eos, qui praecessere, & qui ſequuntur: cum conſideratio finis & mediorum tam neceſſaria ſit in rebus Ethicis. Fini autem bonum conjungitur, imo coincidunt haec ut infra videbimus.

S. I. F.